

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

SEQVVNTVR CONCILIA GALLIE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

SEQVUNTVR CONCILIA GALLIE.

INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII ARELATENSIS.

- | | | | |
|------|--|-------|--|
| i | ¶ Vt vno die & tēpore pascha celebretur. | xiii | ¶ Vt proditores fratrum, vel vasorum, seu scripturarum cum verberibus deponantur. |
| ii | ¶ Vt vbi quisq; ordinatur ibi permaneat. | xiiii | ¶ Vt falsi accusatores fratrum vsq; ad exitum excommunicentur. |
| iii | ¶ Vt qui in pace arma proiciūt excommuni-
centur. | xv | ¶ Vt leuite non offerant. |
| iiii | ¶ Vt aurige dū agitant excommunicentur. | xvi | ¶ Vt penitentes vbi acceperint orationē
ibi communicent. |
| v | ¶ Vt qui in theatris conueniunt excommu-
nicentur. | xvii | ¶ Vt nullus episcopus alium conculcet epi-
scopum. |
| vi | ¶ Vt in infirmitate conuersi manus impo-
sitionem accipiant. | xviii | ¶ Vt diacon⁹ nichil sine p̄sbytero suo agat |
| vii | ¶ De presidibus, vt cum conscientia episco-
pi sui communicent. | xix | ¶ Vt p̄sbyteri sine conscientia episcopo-
rum suorum nihil faciant. |
| viii | ¶ Vt ex heresi conuersi in trinitate bapti-
zantur. | xx | ¶ Vt peregrino episcopo locus sacrifican-
di detur. |
| ix | ¶ Vt qui confessorum litteras portāt, alias
accipiant. | xxi | ¶ Vt sine tribus episcopis nullus episcop⁹
ordinetur. |
| x | ¶ Vt cuius vxor adulterauit, ipse aliā non
accipiat. | xxii | ¶ Vt clericus alibi transiens excommuni-
cetur. |
| xi | ¶ Vt femine fideles que gentibus se iunxe-
runt, excommunicentur. | xxiii | ¶ Vt apostate qui tardius reuertuntur nisi
per dignā penitentiam non recipiantur. |
| xii | ¶ Vt derici feneratores excommunicentur. | | |

¶ Expliciunt capitula.

INCIPIIT CONCILIVM ARELATENSE PRIMVM HA- BITVM TEMPORE CONSTANTINI IMPERATORIS.



DOMINO ET SANCTISSIMO SILVESTRO EPI-
scopo cetus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido arelatensi, Que decre-
uimus cōmuni concilio caritatiue significamus, vt omnes sciant quid in futurū
obseruare debeant. Capitulum primum.

¶ De obseruatione pasche domini, vt vno die & tempore per omnem orbem
obseruetur, & iuxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

Capitulum secundum

¶ De his qui in quibuscūq; locis ordinati fuerint ministri, in ipsiis locis perseuerent.

Capitulum tertium

¶ De his qui arma proiciunt in pace placuit, abstinere eos a communione.

Capitulum quartum.

¶ De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quādiu agitant a cōmunionē separari.

Capitulum quintum.

¶ De theatricis, & ipsos placuit (quādiu agunt) a cōmunionē separari.

Capitulum sextum.

¶ De his qui infirmitate credere volunt, placuit debere his manum imponi.

Capitulum septimum.

¶ De presidibus qui fideles ad presidatū prosiliunt ita placuit, vt cum promoti fuerint litteras acci-
piant ecclesiasticas cōmunicatorias, ita tamen vt quibuscūq; locis gesserint ab episcopo eiusdem loci
cura de illis agatur, vt cum ceperint cum disciplina publica agere, tunc demum a cōmunionē exclu-
dantur, similiter & de his fiat qui rem publicam agere volunt.

A

B

C

D

E

F

G

H

Capitulum octauum.

A De arrianis qui propria lege sua vtuntur vt rebaptizentur placuit. Si ad ecclesiam aliqui de hac heresi venerint interrogent eos nostre fidei sacerdotes symbolum, & si preuiderint in patre & filio & spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, vt accipiant spiritum sanctum, quod si interrogati non responderint hanc trinitatem non baptizentur.

Capitulum nonum.

B De his qui confessorum litteras afferunt, placuit vt sublati eis litteris alias accipiant communica-
torias.

Capitulum decimum.

C De his qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles & prohi-
bentur nubere, placuit vt in quantum potest consilium eis detur ne viuentibus vxoribus suis licet adul-
teris alias accipiant.

Capitulum vndecimum.

D De puellis fidelibus que gentilibus iunguntur, placuit vt aliquanto tempore a comunione sepa-
rentur.

Capitulum duodecimum.

E De ministris qui fenerantur, placuit eos iuxta formam diuinitus datam a comunione abstinere.

Capitulum decimum tertium.

F De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur vel a domino, vel nomina fratrum suorum, pla-
cuit nobis, vt quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis ab ordine cleri amou-
ueatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi. & si in his qui ordinauerunt ratio subsistit
non tamen illis subsistat ordinatio, quoniam multi sunt qui contra ecclesiasticam regulam pugnare vi-
dentur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admitti-
tantur, nisi (vt supra diximus) actis publicis docuerint omni se suspicionem carere.

Capitulum decimum quartum.

G De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare, sed falsum tes-
tem iuxta scripturam impunitum non licere esse.

Capitulum decimum quintum.

H De diaconibus quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

Capitulum decimum sextum.

I De his qui pro delicto suo a comunione separantur ita placuit, vt quibuscumque locis fuerat exclusi,
eodem loco comunione consequantur.

Capitulum decimum septimum.

K Vt nullus episcoporum alium episcopum conculcet.

Capitulum decimum octauum.

L De diaconibus vrbicis, vt non aliquid per se presumant, sed honor presbyteris referuetur.

Capitulum decimum nonum.

M Vt presbyteri sine conscientia episcoporum nichil faciant.

Capitulum vigesimum.

N Vt peregrino episcopo locus sacrificandi detur

Capitulum vigesimum primum.

O De his qui usurpant sibi quod soli debeant episcopum ordinare, placuit vt nullus hoc sibi presu-
mat nisi assumptis sibi aliis septem episcopis, si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non
audeant ordinare.

Capitulum vigesimum secundum.

P De presbyteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, & ad alia lo-
ca se transtulerunt, placuit vt his locis ministrent quibus prefixi sunt, qui relictis locis suis ad alium
locum se deferre voluerint deponantur.

Capitulum vigesimum tertium.

Q De his qui apostatant, & antequam se ad ecclesiam representent nec quidem penitentiam agere querunt
& postea in infirmitate arrepti petunt comunione, placuit eis non dandam communionem, nisi
reuelauerint & egerint dignos fructus penitentiae.

Explicit concilium Arelatense primum.

INCIPIUNT CAPITVLA CONCILII SECVNDI
ARELATENSIS.

i De neophitis clericis non ordinandis.
ii Qualiter coniugati ad sacerdotium pro-
uehantur.

iii Vt nullus clericus aut diaconus in solatio
suo extraneam habeat mulierem.

iiii Vt nullus clericus in cellario vel in secre-

nota in margin ad
terminu uxoru

nota de his que m
infidelibus

- to intromittat puellam.
- v **U**t episcopus cum ordinatur cum consensu metropolitani tres eum ordinet epi.
- vi **D**e episcopo qui sine metropolitani consensu fuerit ordinatus.
- vii **D**e his qui seipsos abscondunt.
- viii **D**e his qui excommunicatos alteri suscipiunt
- ix **U**t nouatiani in communionem non suscipiantur.
- x **D**e his qui in persecutione priuati sunt
- xi **D**e his qui penis uicti sacrificare compulsi sunt.
- xii **D**e his qui in penitentia positivam excesserunt.
- xiii **U**t ne quis qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.
- xiiii **N**e clericus usuram accipiat.
- xv **N**e diaconus coram presbytero sedeat
- xvi **U**t eucharistiam tradat
- xvii **U**t fotiniani & paulianiste baptizentur.
- xviii **U**t heretici qui in trinitate baptizati sunt, cum chrismate & manus impositione recipiantur.
- xix **U**t metropolitani arbitrio synodus congregetur.
- xx **U**t nulli episcopo liceat a synodo deesse, vel ante peractam synodum discedere.
- xxi **D**e aurigis & theatricis fidelibus.
- xxii **S**i post acceptam penitentiam quis nupserit.
- xxiii **U**t pnia coniugatis ex consensu detur.
- xxiiii **D**e sacerdotibus qui idolatriam non euerterunt.
- xxv **D**e accusatoribus fratrum,
- D**e apostatis si non reuertuntur.
- F**iniunt capitula.

INCIPIT CONCILIUM ARELATENSE SECVNDVM, NOMINA AVCTORVM EIVSDEM CONCILII.



C SICILIA SIRACVSANORVM SEXTVS EPISCOPUS, & flor⁹ diacon⁹, ex prouincia campanie ciuitatis prothus episcopus & agrippa, & Tutus diaconus, ex prouincia apulia, pardus episcopus, & crescens diacon⁹, ex prouincia damulti, Theodorus eps, & agathon diacon⁹, ex vrbe roma quos Siluester eps misit, claudianus & abitus presbyteri, eugenius, & quiriacus diaconi, ex prouincia italie, orosi⁹ eps nazare⁹ lector, ex prouincia Viennensi ciuitatis arelas, martinus eps, salanias presbyter nicetus aser, vrsinus, & Petrus diacones, ex prouincia qua supra viennensem verus eps, Bedas exorcista. Ex ciuitate valione damas episcopus, victor exorcista, ex ciuitate aurasicorum, Laustinus presbyter ex porta, Innocentius diaconus, agapius exorcista, ex prouincia gallia ciuitatis remorū, ibethani⁹ episcopus, prigenius diaconus, ex ciuitate rothomagensium, auidamus episcopus, nicetius diacon⁹, ex ciuitate augusta, idonupeti⁹ episcopus amad⁹ presbyter, filomatis diaconus, ex ciuitate helu idono, votius episcopus, pituli⁹ exorcista, ex ciuitate agrippina maternus episcopus, maurinus diaconus, ex prouincia aquitania ciuitatis vagalii genialis episcopus, ex ciuitate burdegala orientalis episcopus, flauius diaconus, ex ciuitate verorū artius episcopus, felix exorcista, ex ciuitate tholosa, Martinus episcopus, leontius diaconus, ex prouincia bitania, ebur⁹ episcopus, ex ciuitate culnia adellius, ex ciuitate romanorum, liberius episcopus, floneti⁹ diaconus, ex ciuitate betica, sabinus presbyter, ex ciuitate tarcona, pbatus presbyter, castorius diacon⁹, ex ciuitate cesaraugusta, clementius presbyter, rouinus exorcista, ex ciuitate tebestigetiū, trimanus presbyter, victor diacon⁹, ex prouincia mauritania cesariensi fortunat⁹ eps, deuteri⁹ diacon⁹, ex prouincia sardinia gnt⁹ eps, admonius presbyter, ex prouincia africa cecilianus presbyter, speratius diaconus, ex ciuitate onina, lampadius episcopus, ex ciuitate vtica victor episcopus, ex ciuitate beneuentina, anastasi⁹ episcopus, ex ciuitate turbastina faustus episcopus, ex ciuitate cocofeltis surgeti⁹ eps, ex numidia victor eps, ex ciuitate viresium vitalis eps, ex portu vrbis rome gregorius eps, ex centum cellis episcopus, eps ex ciuitate ostensi, leontius & macharius presbyteri.

Capitulum primum,

Ordinari ad diaconatus vel sacerdotii officium neophitum non debere.

Capitulum secundum

Assummi aliquem ad sacerdotium non posse in coniugii vinculo constitutum, nisi fuerit promissa conuersio.

Capitulum tertium

D. i.